



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Micrologvs|| De Ecclesiasticis|| Observationibvs.||

Bernoldus <Constantiensis>

Antverpiæ, 1565

12. Quid actum sit in Canone

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63426](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-63426)

32 MICROL. DE ECCLES.

Hymnus Ange
licus Sanctus,
Sanctus &c.

subsequitur, quem beatus Sixtus Papa in ordine octauus constituit, ut ante sacrificium diceretur. Hunc autem hymnu & ipse sacerdos, cum alijs necessariò debet dicere, ne seipsum sua prece videatur priuasse, qui & suas voces & aliorum angelicis laudibus admitti deprecatus est in præfatione. Luxta Romanum ordinem nunquam 'Missam absque lumine celebramus: non vtique ad depellandas tenebras, cum sit clara dies; sed potius in typu illius luminis, cuius sacramenta ibi conficimus, sine quo & in meridie palpabimus ut in nocte.'

I Missas
Lumine curva
munt in Missæ
celebratione.

Quid auctum sit in Canone,

CAP. XII.

ORATIONEM, quam Canonem, siue actionem, propter regularē sacramentorum confectionem, Romano more appellamus, quis composuerit aperte non legimus; nisi quod S. Gregorius quendam scholasticum illam composuisse testatur. Multa tamen eidem Canoni à sanctis patribus inserta legimus: sicut à sancto Alexandro Papa in ordine quinto, ipsius passionis cōmemoratio interseriatur

Sixtus Papa, dū adhuc scholasticus esset, auctor Canonis quale nunc habemus: antea vero quādam par tes illius ab ecclesia receptas satis cōstat. Vide Innoc. 3. in Can. Missæ ac VValafridū de reb. Eccl. c. 11.

betur. Item, sanctus Gregorius Papa pri-
mus , Diesque nostros in tua pace dispo-
nas, vsque Per Christum Dominum no-
strum. Et magnus Leo, sanctum sacrificiu-
m immaculatam hostiam in Canone addi-
derunt. Item quoque Gregorius Domi-
nicam orationem se Canoni adieccisse in
registro suo asserit, vbi quibusdā de mur-
murantibus humili responsione satisfe-
cit: inconueniens esse asserens, vt oratio
quam scholasticus composuit, ad oblatio-
nem dicetur, & illa prætermitteretur,
quam ipsi Apostoli ex institutione Do-
minica in confectione corundem sacra-
mentorum visitasse crederentur. In sum-
mis quoque festiuitatibus quædā Cano-
ni in illo loco, vbi dicitur: Communican-
tes, vel, Hanc igitur oblationem, interpo-
nimus, quæ tamen ex antiquioribus &
emendationibus sacramentarijs interpo-
nēda esse didicimus, videlicet in Natiui-
tate Domini, In Epiphania, in Cœna, in
Pascha, in Ascensione, in Pentecoste. [Hu-
i usmodi interpositiones efficiūt, vt illud,
communicantes, apertiūs per se, quasi in
catholica communione manentes, intel-
ligamus, quam ad subsequentium sancto-

D. Greg. Regi-
stri lib. 7. episto-
la 6. ad Ioan-
nem Siracusanū.

C rum

rum communionem ipsum referamus.
Nimis autem temerariū videtur, vt nos aliqua Canoni ad nostrum libitum adiectam, nisi quę à sanctis patribus adiecta

Soli Pontifices ad Canone aliquid addidisse leguntur.

vel adijcienda esse cognouimus, pr̄cipueſ cū inter ipsos sanctos patres nulli aliquid adieciſſe legantur, niſi qui, & Apostolica auctoritate pr̄dicti hoc facere potuerū. Optimum ergo videtur, vt in hac cauſa terminos nostrorum patrum non exce-¹⁰ damus, nec nos Apostolicæ auctoritatis reos efficiamus, ſi quod ſoli Apostolica auctoritat̄ competit Canonem nostris interpositionibus augmentare pr̄ſu-mamus.

2 conuenit

Quid superfluum fit in Canone,

C A P. XIII.

Certè particu-las Canonis quas hic super-fluas facit Inno-centius 36. ſuo tempore agno-scit ac interpre-tatur, Annota-tionet etiam Ra-dulphus de Ri-uio, non poſſe nunc illas omit-ti ſine ſcandalo.

I N T E R P O N E R E enim ſolent qui-dam ibi suas orationes, vbi dicitur, Me-m̄to Domine famulorū famularumq; & ante cōmemorationem defunctorū. Item post nomē Domini Pap̄e ſive pro-prij episcopi, adiiciunt: Et omnibus or-thodoxis Catholicæ & Apostolicae fidei cultoribus, ſed ſuperfluo. Nam ordo ſta-tim